demta Chalcide, maxima. Tum Chalcis metropolis ac caput inſulae quodammodo, ſupra ipſum ſita Euripum: ambae ante bellum Troianum conditae ab Athenienſibus dicuntur. Poſt bellum Troianum Aeclus et Cothus Athenis profecti, ille Eretriam, hic Chalcidem incolis frequentaverant. Sed et Aeolenſium quidam ab expeditione Penthili in inſula iſta manſerunt: antiquitus etiam Arabes, qui cum Cadmo traiecerunt. Hae urbes majorem in modum auctae, colonias etiam inſignes in Macedoniam miſerunt. Nam Eretria urbes circa Pallenam et Atho condidit: Chalcis Olyntho vicinas, quas Philippus delevit. Quin et in Italia et in Sicilia

Babeca. καὶ Σικελίας πολλὰ χωρία Χαλκιδέων ἐστίν. Ἐξάλησαν δὲ αἱ ἀποικίαι αὗται, καθάπερ εἴρηκεν Ἀριστοτέλης, ἡνίκα ἡ τῶν [5] Ἱπποβοτῶν καλουμένη ἐπεκράτει πολιτεία· προέστησαν γὰρ αὐτῆς ἀπὸ τιμημάτων [6] ἄνδρες ἀριστοκρατικῶς ἄρχοντες. Κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν καὶ τὸν περίβολον τῆς πόλεως ηὔξησαν, ἐντὸς τείχους λαβόντες τόν τε [7] Κάνηθον, καὶ τὸν Εὔριπον· ἐπιστήσαντες τῇ

5) Conſentiunt in hac forma libri omnes, eandemque comprobant Herodotus 5, 77. libri meliores 6, 100. et Plutarchus in Pericle cap. 23. Laceſſivit eam tamen Perizonius ad Aelian. V. H. 6, 1. et in noſtro maluit reponere ἱππο-βατῶν, repugnante ibi A. Gronovio, cui et ſuffragantur viri docti ad illa Herodoti loca. Accedit, quod, etſi cognata ſenſu ſint ea verba, plus tamen continet ἱππο-βότης, quam ἱππο-βάτης, et prius ad ipſam illam dignitatem parandam longe eſt aptius et gravius.

6) Hanc vocem, quam ab Aldo excluſam ignorant editiones, inſerunt Mss. Caſaubonn. et ex meis Moſcov. Pariſ. Medic. a. 3. Vatican. Urbin. et ex ſuo codice tranſtulit etiam Guarinus. Cum interpoſitum ſit ἀριστοκρατικῶς, quod unice ad ἄρχοντες referri poteſt, minime illa rejicienda viſa eſt, et tum ἄνδρες ἀπὸ τιμημάτων ſunt viri ex cenſu lecti, quod ex aliis veterum locis inluſtravit Weſſeling. ad Diodor. 18, 18. Simile apud Xenoph. Memorr. 1, 2, 9. ἀπὸ κυάμου καθιστάναι τοὺς τῶν πόλεων ἄρχοντας. Inde demum conſecutum eſt, quod addit, ἀριστοκρατικῶς ἄρχοντες.

7) Medic. a. Κάρηθον. Alii Κάνηθον, quod probat Apollon. Rhod. 1, 77. et in primis ejus Scholiaſtes, etſi hic Boeotiae montem facit, ex vicinia, puto, quale antea ex Euſtathio exemplum adfuit.

lia multa ſunt Chalcidenſium domicilia. Coloniae iſtas deductas fuiſſe Ariſtoteles dicit, quo tempore Hippobotae, qui dicebantur, rempublicam tenuerunt: hi enim Chalcide ſummam rerum optimatum imperio gerebant, cenſu lecti. Quo tempore Alexander in Aſiam tranſiit, moenia etiam Chalcidis cives auxerunt, intra ea Canethum et Euripum recipientes, ac ponti turres im-

τῇ γεφύρᾳ πύργους, [8] καὶ τεῖχος καὶ πύλας. Euboea.

§. 9.

Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Χαλκιδέων πόλεως τὸ [1] Λήλαντον καλούμενον πεδίον. Ἐν δὲ τούτῳ θερμῶν τε ὑδάτων εἰσὶν ἐκβολαὶ πρὸς θεραπείαν νόσων εὐφυεῖς, οἷς ἐχρήσατο καὶ [2] Σύλλας Κορνήλιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμών· καὶ μέταλλον δ' ὑπῆρχε θαυμαστὸν χαλκοῦ καὶ σιδήρου κοινόν, ὅπερ οὐχ ἑσο-

 ξῦσιν

8) Moſcov. Medic. 1. 2. 3. alio ordine καὶ πύλας καὶ τεῖχος.

1) Vatic. Urbin. Moſcov. Pariſ. Medic. 1. 2. 3. edd. Aldi, Hopperi Αἰλαντον, et ſic Guarinus *Lilandum*. Xylander repoſuit Λήλαντον, quod Venet. tuliſſe videtur, et ſic infra p. 448. et 465. conſtantius legitur, et hic etiam confirmat epitomes auctor p. 129. Hudſ. In prima ſyllaba eodem modo variatur lib. 1. p. 58. ſ. 155. ubi ι; nec aliter ſcribunt Aelian. V. Hiſt. 6, 1. et cum Scholiaſtis Homeri, infra ad p. 465. productis, Euſtathius ad Il. 2, 537. p. m. 211. Il. 20, 76. p. m. 1270. ubi adeo a λιλαίομαι derivat. At τὸ η tuentur etiam Callimachus in Del. v. 289. cum Scholiaſte, Theophraſt. hiſt. plantar. 8, 8. et 10. et quod Plinius 4, 21. ſ. 12. *Lelantum* flumen novit. Plura ex aliis etiam dabunt Maſvicius ad Polyaen. 1, 4. extr. qui tamen η et ι in uſu promiſcuo fuiſſe putat, et Alberti ad Heſych. T. 2. p. 463. ex cujus ratione η praeferri debet, quod et praeferendum cenſet Ilgen. ad Homer. in Apoll. Pyth. v. 42. p. 285. Cf. etiam Toup. emendatt. in Suidam Vol. 3. p. 304. (Oxon. 1790.) Nota autem commiſtio utriusque literae.

2) Medic. 2. 3. Pariſ. Σύλας. Poſt Medic. 2. ἐξέλιπον.

imponentes, murumque et portas.

§. 9.

Supra Chalcidem ſitus eſt campus Lelantus, in quo aquae calidae erumpunt ad ſanandos morbos aptae, quibus etiam Cornelius Sulla Romanorum imperator eſt uſus: mirabile etiam metallum

Euboea. ρῦσιν ἀλλαχοῦ, συμβαῖνον νυνὶ μέντοι ἀμφότερα ἐκλέλοιπεν. Ἔστι δὲ καὶ ἅπασα [3] μὲν ἡ Εὔβοια εὔσειστος, μάλιστα δ' ἡ περὶ τὸν πορθμὸν, καὶ δεχομένη πνευμάτων ὑποφορὰς, καθάπερ καὶ ἡ Βοιωτία, καὶ ἄλλοι τόποι, περὶ ὧν ἐμνήσθημεν διὰ πλειόνων πρότερον. Ὑπὸ τοιοῦδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ [4] Ποντίῳ Γλαύκῳ·

Εὐβο-

3) Excidit haec vocula in Medic. 1. 2. et Veneto, eademque desideratur in edd. ante Casaubonum. In sequentibus Medic. 2. substituit ἐπιφορὰς, non omnino quidem male; at illud hic est aptius.

4) Conspirant in hac lectione omnes libri, quam tamen sollicitavit Casaubonus ad Athenaeum 3, 10. (s. 3, 33. Schweigh.) et reponendum censuit Ποτνιεῖ Γλαύκῳ, cujus fabula ab Aeschylo exculta satis innotuerit ex ipso Strabone lib. 9. p. 409. s. 439. (etsi ibi nulla de Aeschylo injecta reperitur mentio), ex Hesychio in Ἀμφίσωπον et Ζιφήρου λιμὴν, et ipso laterculo tragoediarum ejus poëtae. Scilicet scriptum fuisse Ποτνίῳ i. q. Ποτνιεῖ, ut ex Stephano adpareat, et hoc mutatum postea transiisse in Ποντίῳ. Ita etiam eandem vocem emendat in Athenaeo c. l. Duo enim celebrantur in primis Glauci, Ποτνιεὺς et Πόντιος. De illo consuli praeter nostrum lib. 9. c. l. possunt Pausanias 6, 20, 9. 9, 8, 1. et quos producunt viri docti ad Virgil. Georg. 3, 268. Politus ad Eustath. in Homer. T. 2. p. 551. et Fischerus ad Palaephat. cap. 28. et in indice sub voce Γλαῦκος, ubi de utroque egit. Alter, Πόντιος hic, ex Palaephato notus, vocari solet θαλάσσιος, sed et Πόντιος apud Philostrat. in imaginn. 2, 15. et Athenaeum 7, 12. p. 296. De illo Aeschy-

lum aeris et ferri commune ibi fuit, quale negant alibi exstitisse: nunc utrumque intercidit. Universa Euboea terrae motibus est obnoxia, maxime apud fretum: ac recipit ventos subterraneos, sicut et Boeotia, et alia loca, quorum supra copiosa est facta mentio. Tali quidem casu urbem insulae cognominem ferunt absorptam fuisse, cujus meminit in Pontio Glauco etiam Aeschylus:

Eubo

Εὐβοΐδα [5] καμπὴν ἀμφὶ Κηναίῳ Διὸς Euboea.
Ἄκτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίᾳ Λίχᾳ.

Χαλκὶς δὲ ὁμωνύμως λέγεται καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ·

Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον, Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν,

καὶ ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ·

Βαν

Aeſchylum ſcripſiſſe, nemo negat; de hoc dubitatur, vel diſputatur a nonnullis. Attamen, niſi quis omnia loca, quae et de hoc teſtentur, refingere velit, videtur utique duas de Glaucis fabulas compoſuiſſe, uti contra Caſaubonum contendunt ex Athenaeo 3, 10. Pauſania 9, 22. exter. et noſtro loco aliisque aliorum indiciis parum ambiguis Rutgerſius Varr. lectt. 2, 6. Scherpezelius ad h. l. Stanlejus ad Aeſchyli fragmenta p. 854. et Schweighaeuſerus ad Athenaeum 3, 33. Cf. et Fabricius in bibl. Gr. Vol. 2. p. 177. ed. Harleſ. Forte, quod ſuſpicatur Scherpezelius, Aeſchylum imitatus Cicero juvenis Pontium Glaucum verſibus deſcripſerat, ut refert Plutarchus in vita cap. 2.

5) Vulgo cum Mſstis quibusdam καμπτὴν; Caſaubon. Moſcov. Vatican. Urbin. Medic. 3. Pariſ. καμπὴν, quod praeferendum putavi, cum gentile ſit Εὐβοΐς, cui et ab aliis ſubſtantiva adjunguntur, ut ab Euripide in Electra v. 442. Sophocle in Trachin. v. 237. ἀκτή, Euripide in Rhadamantho apud Strabon. lib. 8. p. 356. f. 141. γῆ. Et ſic (καμπὴν) ex noſtro refert Valckenarius in diatribe in Euripid. reliqu. p. 144. ubi et plura exempla hujus formae congeſſit. Sic vero Ὀξεῖα καμπὴ locus circa oſtium Cephiſi apud Theophraſt. in hiſt. plant. 4, 12. m. Poſt pro αὐτὸν Pariſ. Moſcov. volunt αὐτ[illegible] Tum Pariſ. et edd. Aldi, Hopperi dant Λήχᾳ; male.

Euboida flexum circa Cenaei Jovis
Actam, ſepulcrum pone infelicis Lichae.
Eſt et in Aetolia Chalcis:

Chalcida litoreamque, et ſaxoſam Calydonem.
et in Elea quae nunc dicitur regione:

Tum

Euboea. Βὰν δὲ παρὰ Κρουνοὺς καὶ Χαλκίδα πετρήεσσαν,

οἱ περὶ Τηλέμαχον ἀπιόντες παρὰ Νέστορος εἰς τὴν οἰκίαν.

§. 10.

[1] Ἐρετριέας δ' οἱ μὲν ἀπὸ Μακίστου τῆς Τριφυλίας [2] ἀποικισθῆναί φασιν ὑπ' [3] Ἐρετριέως· οἱ δ' ἀπὸ τῆς

1) Moscov. Paris. edd. Aldi, Hopperi Ἐρετρίας, neglecto ε, quod vera formae ratio desiderat. Tum iidem libri non magis recte Τριφυλλίας, ut supra lib. 8. p. 340. f. 46. et sq. alias haec vox corruptiones subierat. Aldus et Hopperus etiam vitio immisso Μακύστου vulgarunt; Guarinus *Macysco Tiphylliaca*.

2) Sic recte omnes libri. Eustathius tamen, qui hunc locum, etsi mutata paullum forma, repetit ad Homer. Il. 2, 537. p, m. 211. legisse videatur ἀποικηθῆναι, quia scribit: ὁ Γεωγράφος ἀπὸ Ἐερτριέως ἀποικήσαντος εἰς αὐτὴν κληθῆναί φησιν· quare ἀποικίσαντος emendat in eo Scherpezelius ad nostrum locum, repugnante tamen, nec temere in diverso nexu, Polito Tom. 2. p. 582.

3) Paris. ὑπ' Ἐρετρίας; Medic. 3. ὑπ' Ἐρετρέως; Eustath. c. l. ἀπὸ Ἐρετριέως; reliqui cum editis ὑπ' Ἐρετρίας. At hic Eretriae nullus esse potest locus, quippe quod cum praecedentibus pugnet, in quibus urbis nomen, unde deducti advenerant coloni, legitur; immo desideratur coloniae conditor, qui latet in vestigiis duorum codicum et comparet aperte in Eustathio. Accedit testimonium Stephani, qui sub h. v. Eretriam ab Eretrieo nominatam fuisse adfirmat. Eo etiam ducit diversarum praepositionum usus, quarum ἀπὸ originem indicat, altera ὑπὸ ducem, auctorem spectat. Simile exemplum supra adfuit p. 445. f. Illa igitur momenta me impulerunt,

Tum praeter Crunos, saxosam Chalcidaque ibant,

Telemachus cum suis, nimirum a Nestore domum euntes.

§. 10.

Eretriam sunt qui deductam aiant coloniam e Macisto Triphyliae ab Eretrieo,

τῆς Ἀθήνησιν Ἐρετρείας, ἡ νῦν ἐστιν ἀγορά. Ἔστι δὲ καὶ Euboea.
περὶ Φάρσαλον Ἐρέτρια. Ἐν δὲ τῇ [4] Ἐρετρικῇ πόλις
ἦν [5] Τάμυναι, ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἀδμήτου δὲ ἴδρυ-
μα

runt, ut reponerem Ἐρετριάσιν pro vulgato adhuc Ἐρετρίας, quod et ſuaſerat Corſinus in Faſtis Atticis T. 1. diſſ. 5. §. 27. p. 216.

4) Caſaubonus ex libris ſuis notat Ἐρετριακῇ, quo auctore etiam in editiones tranſiit, cum antea legeretur Ἐρετρικῇ; atque id exſtat in Mss. Moſcov. Pariſ. Vatic. Urbin. Medic. 3. Guarinus etiam vertit: *In agro Eretrico.* Eadem forma obſervatur in Platonis Menexeno p. 286. (Vol. 3. Bipont.) τὰ ὅρια τῆς Ἐρετριακῆς, de legibus lib. 3. p. 150. Bip. Ἐρετριακή, in Pauſania 4, 2, 2. de Oechalia, μοῖρα τῆς Ἐρετριακῆς, Herodoto 6, 101. Ἐρετριακὴ χώρη, et ſic in Noſtro lib. 8. p. 371. ſ. 223. Ἐρετριακὸς πεταμός. Utraque forma in uſu fuit, etſi poſteriorem ignoravit, certe non adtigit Stephanus, nec Latini admiſiſſe videntur. Cf. quae diſputavi ad lib. 9. p. 393. ſeu p. m. 344. de duplici illa forma in hoc et aliis nominibus. Cum igitur codices majori numero in iisque optimi Ἐρετρικῆς praeferant, revocavi eam priorum editionum lectionem. Sic infra p. 448. de Oechalia. Poſt pro πόλις, quod antea editiones jactabant, Caſaubonus ex ſuis codicibus, quibus et mei ſuffragantur, recte poſuit πόλις, et deinceps pro ἱερὸν, iisdem ducibus, ἱερὰ, in quo tantum ex meis renuunt Medic. 1. 2. et Ven. Sed et nexus confirmat, niſi cum Xylandro, inſerto καὶ, legere malueris καὶ ἱερὸν. Tum vero omnes codices interpellant, alii ad Caſauboni lectionem gravius revocant, quam et ſua interpretatione probavit Guarinus.

5) Medic. 3. τὰ μύναια; Moſcov. mutata accentus ſede, Ταμύναι; Aldus Ταμυνίαι; Hopperus, Xylander Ταμυνίαις; Guarinus *Tempiae.* Caſaubonus, adprobantibus reliquis Msstis, edidit Τάμυναι, uti iam in nota voluerat Xylander. Stephani motus auctoritate, qui hujus urbis mentionem in hoc Strabonis libro factam eſſe adfirmat. At ſcribito Τάμυνα, ut dubium videatur Holſtenio p. 311. utrum in noſtris libris repetitum adhaeſerit, an a Stephano in vaga lectione fuerit praeteritum. De vulgatae lectionis veritate non dubitaſſet, ſi alios auctores cogitaſſet, qui pluraſi eſſe-

eo, alii ab Athenienſi Eretria, quae nunc eſt forum. Eſt et apud Pharſalum Eretria. Caeterum in Eretrica ditione urbs fuit, Tamynae nomine: ſacra Apollini. Fa-

num

Euboea. μα λέγεται τὸ ἱερὸν, παρ' ᾧ θητεῦσαι λέγουσι τὸν θεὸν αὐτὸν, πλησίον τῆ πορθμῷ. [6] Μελανηὶς δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ Ἐρέτρια καὶ [7] Ἀροτρία.

p. 448. Ταύτης δ' ἐστὶ κώμη ἡ Ἀμάρυνθος, ἀφ' ἑπτὰ σταδίων τῆ τείχους. Τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι, σαγηνεύσαντες, ὡς φησιν [8] Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει, περιχυθέντων τῶν

efferunt; veluti Demoſth. in Mid. p. 567. ed. Lipſ. et alibi, Aeſchines de falſa legat. p. 338. in Cteſiph. p. 480. ſq. ed. Lipſ. Plutarch. in vita decem oratorr. cap. 6. p. 344. Lipſ. Harpocration et Suidas h. v. qui praeter Aeſchinem alios etiam teſtantur. Cf. Valckenar. ad Herodot. 6, 101. Pluralem vero etiam novit Stephanus ex aliis, qui, cum rariores formas ſoleat adpendere uſitatis, in Strabonis lectione parum adtente egit. Poſt Pariſ. moleſta repetitione λέγεται, quod et reddidit Guarinus, pro λέγουσι, quod eſt in reliquis; uſitatiori etiam ſtructura, ut non opus ſit ad inſolentiorem temere transfugere, de qua cf. Gronov. ad Arrian. de exped. Alex. 1, 1. p. 2.

6) Medic. 1. 2. edd. Aldi, Hopperi Μελανηίς; Pariſ. tranſpoſitis literis Μελαινής. At bene habere receptam aliorum formam, docent Stephanus ſ. v. Ἐρετρία et Euſtathius ad Homer. Il. 2, 537. p. m. 211. qui etiam a Melaneo, Euryti patre, illud nomen derivant.

7) Ita et cum aliis libris Euſtathius p. m. 212. c. l. rejecto tantum accentu Ἀρότρια. Tum Pariſ. Ταύτης δὲ κώμη ἡ Ἀμ. —

8) Sic conſtanter libri omnes tradunt, ut ſatis adpareat, Strabonem memoria lapſum pro Platone ſcripſiſſe Herodotum. Non enim in hoc exſtant, ſed in illo, ducta ex lib. 3. de legib. p. 150. Bip. Cf. Valckenar. ad Herodot. 3, 149. et Gottleberus ad Platonis Menexen. cap. 10. p. 38.

num (ut perhibetur) ab Admeto conditum, cui deus illic ſerviviſſe dicitur, freto vicinum. Eretria ante Melaneis fuit dicta, et Arotria. Hujus pagus eſt Amarynthus, VII ſtadia a moenibus diſtans. Ac antiquam quidem urbem Perſae deleverunt, qui multitudine ſua muris circumfuſi, velut indagine facta, (ut Herodotus ait) oppidanos ceperunt. Monſtrantur etiamnum fundamenta,

τῶν βαρβάρων τῷ τείχει· καὶ δεικνύουσιν ἔτι τοὺς Euboea.
θεμελίους· καλοῦσι δὲ παλαιὰν Ἐρέτριαν· ἡ δὲ νῦν [9] ἐπίκτισται. Τὴν δὲ δύναμιν [10] τὴν Ἐρετριέων, ἣν ἔσχον ποτὲ, μαρτυρεῖ ἡ στήλη, ἣν [11] ἀνέθεσάν ποτε ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀμαρυνθίας Ἀρτέμιδος· γέγραπται δ' ἐν αὐτῇ, [12] τρισχιλίοις μὲν ὁπλίταις, ἑξακοσίοις δ' ἱππεῦσιν, ἑξήκοντα δ' ἅρμασι πομπεῖον τὴν πομπήν· ἐπῆρχον δὲ καὶ Ἀνδρίων, καὶ Τηνίων, καὶ [13] Κείων, καὶ ἄλλων νήσων. Ἐποίκους [14] δ' ἔσχον ἀπ' Ἤλιδος, ἀφ' ἧς καὶ τῷ γράμματι [15] τῷ ϱ πολ-

9) Ita lege ex veterr. libris. Sic apud Eustathium [ad Homer. Il. ϐ, 537. p. m. 212.] isto loco Strabonis: ὕστερον δ' ἐπεκτίσθη ἑτέρα. *Casaubonus.* Consentiunt in hac lectione codices etiam mei omnes. Ante Casaubonum enim Aldi culpa ferebatur ἔκτισαι; admodum frigide.

10) Moscov. proniori forte cursu τῶν Ἐρετριέων; Paris. male Ἐρετριαίων. V. supra. Sequentia verba μαρτυρεῖ — ποτὲ a recentiori manu in margine Mosc. adscripta sunt.

11) Sic libri mei omnes; Casaubboniani tamen ἀνέστησαν. Non male quidem; illud tamen ad causam et locum aptius.

12) Medic. 2. corr. τρισχιλίους μὲν ὁπλίτας; turbato nexu. Pro πομπὴν Paris. πρόπομπήν; minus ad rem commode.

13) Moscov. Medic. 1. 2. 3. Κίων; male. Inde enim Κίϊος passim poëtae effingunt, etsi in Ptolaemeo 3, 15. ipsa insula scribitur Κία. Cf. si tanti est, Etymol. M. sub v. Κεῖος.

14) Paris. Medic. 3. δὲ ἔσχον, ut in variantibus saepe, nec praeter linguae usum. Tum Moscov. ex dictantis voce Ἤλιδος, ut antea ἐπεῖχον in Medic. 2.

15) Moscov. Medic. 1. 3. Venet. τῷ ϐῆ, uti Aldus, Hopperus, Xylander. Promiscua valet scriptura.

menta, et vetus Eretria dicitur. Hodierna post condita est. Potentiae Eretriensium, qua fuerunt olim praediti, testimonium perhibet columna, quam in fano Amarynthiae Dianae dedicaverant, cui inscriptum est, pompam eos duxisse tribus millibus gravis armaturae peditum, 10 c equitibus, LX curribus: imperabant autem Andriis, Teniis, Ceiis, aliisque insulis: colonos habuerunt ex Elide: itaque ob frequentem usum litterae R non

Euboea. πολλῷ χρησάμενοι οὐκ ἐπὶ τέλει μόνον τῶν [16] ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ, κεκωμῴδηνται. Ἔστι δὲ καὶ [17] ἡ Οἰχαλία κώμη τῆς [18] Ἐρετριικῆς, λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους, ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ, καὶ τῇ περὶ [19] Τρίκκην, καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, ἣν [20] Ἀνδανίαν οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν, καὶ [21] τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ περὶ τοὺς [22] Εὐρυτᾶνας.

§. 11.

16) Ante Casaubonum legebatur γραμμάτων, et sic habet Medic. 2. corr. Illud cum Casaubonn. reliqui; melius.

17) Articulo nomen privant Moscov. Medic. 1. 3. qui in simili nexu supra aderat, ἡ Ἀμάρυνθος. Medic. 2. vitiose καὶ ὀχαλία.

18) Sic pro Ἐρετριακῆς, ut supra p. 447. f. Moscov. Paris. Medic. 1. 2. 3. Eustathius ad Homer. Il. 2, 596. p. m 225. et edd. ante Casaubonum. Vid. supra notata. Guarinus etiam hic: *Eretrici vicus agri.*

19) Moscov. Τρίκην, ut alibi. Cf. ad lib. 9. p. 437. seu p. m. 617. not. 2.

20) Casaubonn. Ἀρδανίαν, ut in versione Guarinus. Mei omnes cum edd. Ἀνδανίαν. Cf. ad lib. 8. p. 339. seu p. m. 43. not. 14.

21) Moscov. Paris. Medic. 1. 2. 3. Venet. ἡ ἐν Αἰτ. Edd. Aldi, Hopperi etiam pejus οἱ ἐν Αἰτ. In aliis recte scribitur τῇ ἐν Αἰτ. quod jam Xylander repositum, flagitante connexu, et hinc repetit etiam Eustathius c. l.

22) Εὐρυτᾶνας praeit Moscov. ut alibi scribuntur Αἰνιᾶνες, Ἀθαμᾶνες et similia, proferturque nostrum nomen a Stephano, quod vulgo hic paroxytonon prodit.

non in fine modo, sed et medio vocabulorum, comicis dicteriis exagitabantur. Est et Oechalia pagus Eretricae regionis, reliquae oppidi ab Hercule diruti: idem gerens nomen cum Trachinia: et ea quae apud Triccam est, et Arcadica, quam posteriores Andaniam appellaverunt, et Aetolica, apud Eurytanas.

§. 11.

§. 11. Euboea.

[1]Νυνὶ μὲν οὖν ὁμολογουμένως ἡ Χαλκὶς φέρεται τὰ πρωτεῖα, καὶ μητρόπολις αὕτη λέγεται τῶν Εὐβοέων· δευτερεύει δ' ἡ Ἐρέτρια. Ἀλλὰ καὶ πρότερον αὗται μέγα εἶχον ἀξίωμα καὶ πρὸς πόλεμον, καὶ πρὸς εἰρήνην, ὥστε καὶ φιλοσόφοις ἀνδράσι παρασχεῖν διαγωγὴν ἡδεῖαν καὶ ἀθόρυβον. Μαρτυρεῖ δ' ἥτε τῶν Ἐρετρικῶν φιλοσόφων σχολὴ τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γενομένη, καὶ ἔτι πρότερον ἡ Ἀριστοτέλους ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβή, [2] οὗ γε καὶ κατέλυσε τὸν βίον.

§. 12.

1) Medic. 2. Νῦν μέν. Contra νυνὶ pro νῦν Moſcov. lib. 7. p. 322. f. 448. et ſic alibi. Si praeter reliquos codices uſum in primis Atticum ſpectes, cum νυνὶ de uno praeſenti tempore ponatur, νῦν trium ſit temporum, prius utique praeferendum eſt. Cf. Wolf. ad Demoſth. in Leptin. p. 242. Sed et noſter cum eo alia tempora conjungit, veluti imperfectum lib. 7. p. 300. in. f. 359. Sic Plutarch. in 7 ſapient. conv. p. 591. (Vol. 6. Lipſ.) πέρυσι καὶ νυνὶ μεθ' ὑστέρας, etſi hic ex connexu ſuſtinetur. Sed cf. Ruhnken. ad Timaeum p. m. 134.

2) Agitant haec codices. Vatic. Moſcov. Pariſ. ὅς γε καί; Urbin. ὅπου καὶ κατέλυσε; Guarinus vertit: *quoad vita functus eſt*, ut legiſſe videatur, ἕως κατέλυσε; Medic. 2. 3. οὗ γε i. e. ὅπου, quod quidem omiſſo καὶ artius copulat. Nempe ἐκεῖ omittunt mei omnes. Medic. 1. et edd. ante Caſaubonum

§. 11.

Sane noſtra aetate Chalcis citra controverſiam principem dignitatem obtinet, et primaria Euboicarum urbs dicitur: ſecundo loco Eretria eſt. Sed et pridem magna et bello et pace fuit earum exiſtimatio, ut philoſophis quoque viris ſuavem tranquillamque vitae degendae praebuerint commoditatem; quod teſtatur cum Eretricorum philoſophorum ſchola a Menedemo Eretriae inſtituta, tum ea prior Ariſtotelis Chalcide commoratio, ubi et mortem obiit,

Euboea.

§. 12.

Τὸ μὲν οὖν πλέον ὡμολόγουν ἀλλήλαις αἱ πόλεις αὗται· περὶ δὲ [1] Ληλάντου διενεχθεῖσαι, οὐδ' [2] ἅπας τελέως ἐπαύσαντο, [3] ὥστε τῷ πολέμῳ κατὰ αὐθάδειαν δρᾶν ἔπαφα, ἀλλὰ συνέθεντο, ἐφ' οἷς συνήσονται τὸν ἀγῶνα. Δηλοῖ δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῷ Ἀμαρυνθίῳ στήλη τις, φράζουσα μὴ χρῆσθαι τηλεβόλοις. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν πολεμικῶν ἐθῶν καὶ τῶν ὁπλισμῶν [4] ἄδηλον ἔτ' ἐστὶν, ἔτ'

num dant frigido ſenſu: ὅς γε κατέλυσε τὸν βίον. Caſaubonus in nota legit ὅς γε κἀκεῖ κατέλυσε, in ipſo contextu ὅς γε καὶ ἐκεῖ κατέλυσε, quod repetitum ſtetit. Cum in omnibus Mſtis deſideretur ἐκεῖ, ſine quo ὅς ferri nequit, placuit leviſſima medela locum adjuvare, ut exhibeat οὗ γε καὶ ἐτελεύτησε, cujus voculae ope et alibi ſententias continere ſolet. Sic lib. 8. p. 363. in. f. 179.

1) Medic. 2. Λιλάντου, de quo ſupra dictum ad p. 447. Διενεχθεῖσαι vitium eſt edd. Aldi et Hopperi, a Xylandro ſubmotum.

2) Moſc. ἕτως; nempe quia ſequitur conſona. Conſentiunt Heſychius, Thomas Magiſter, et auctor Etymol. M. et poſſit utique dari optimo illi codici. Sed cf. ad lib. 8. p. 377. in. f. 255.

3) Aegre haec vox abeſt in Moſc. Pariſ. et Medic. 3. Poſt Medic. 2. Μαραθῶνι pro Ἀμαρυνθίῳ, quod hinc alienum eſt.

4) Medic. 1. 8. 3. et edd. ante Caſaubonum οὐδὲν; Venet. οὐδ' ἓν ὅτ'.

§. 12.

Civitates hae plerumque concordiam ſervaverunt, et orta de Lelanto concertatione, non ita tamen omnem abiecerunt conſenſum, ut in bello cuncta utrinque ſuo pro arbitrio agerent, ſed pactae ſunt de modo certaminis. Oſtendit hoc columna quaedam in Amarynthio, in qua exprimitur, telis, quae eminus mittuntur, non eſſe utendum. Nam de bellicis et uſibus et armis nulla eſt certa conſtitutio. Alii enim

[illegible]

ἔστ' ἦν ἔθος· ἀλλ' οἱ μὲν τηλεβόλοις χρῶνται, καθάπερ οἱ τοξόται, καὶ οἱ σφενδονῆται καὶ ἀκοντισταί· οἱ δ' ἀγχεμάχοις, καθάπερ οἱ ξίφει καὶ δόρατι τῷ ὀρεκτῷ χρώμενοι. Διττὴ γὰρ ἡ τῶν δοράτων χρῆσις, ἡ μὲν ἐκ χειρὸς, ἡ δ' ὡς παλτοῖς· καθάπερ καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι· καὶ γὰρ συστάδην χρώμεθα, καὶ κοντοβολοῦντες· ὅπερ καὶ ἡ σάρισσα δύναται, καὶ ὁ ὑσσός. Euboea.

C 2 §. 13.

5) Articulum praeponit Moscov. Post Medic. 3. vitiose εἰ δ' ὡς.

6) Magna varietas in libris veteribus. Nam in iis desideratur vox χρώμεθα et legitur κοντοβολοῦντων. Quam lectionem confirmat Eustathius [ad Homer. Il. a, 543. p. 213, Basil.] hunc locum describens. Lege igitur: καθὰ καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι· καὶ γὰρ συστάδην καὶ κοντοβολούντων. Casaubonus. Verbum χρώμεθα ignorant etiam ex meis, quos quidem notatos hic habui, Medic. 1. a. 3. Moscov. et Paris. Tum κοντοβολούντων agnoscunt etiam Medic. 1. 3. Moscov. et ex correctione Medic. 2. in quo antea scriptum fuerat κοντοβελίζων. In Vatic. Urbin. et Veneto vulgata lectio, quam Aldus constituit, fuisse, nec nisi in verbo χρώμεθα ab ea recessisse videtur Parisiensis. Eandem etiam Latine reddidit Guarinus, nec rejiciendam censeo. Cum enim haec verba proxime cohaereant cum praecedentibus, quorum adferunt explicationem, συστάδην desiderat utique verbum, nec a κοντοβολούντων, cui opponitur, pendere potest, nec in hoc genitivus nude positus locum habere, cum integra et plena sententia haec verba concludantur; etsi offendit in ipsa hac explicatione repetitum κοντοβολεῖν, pro quo melius poterat dicere ἐκ διαστήματος. Post Medic. 3. ὅπερ pro ὅπερ. Paris. vitiose dat σάρισσα.

utuntur missilibus, ut sagittarii, funditores, iaculatores; alii comminus valentibus, ut qui gladio hastaque protenta. Est etenim duplex hastae usus: unus comminus, alter iaculando; sicut et contus utrique inservit usui, quae et comminus et missili res geritur: idemque sarissa praestat et pilum.

§. 13.

Euboea.

§. 13.

Οἱ δ' Εὐβοεῖς ἀγαθοὶ [1] ὑπῆρξαν πρὸς μάχην τὴν ταδίαν, ἢ καὶ συταδὴν λέγεται καὶ ἐκ χειρός. Δόρασι [2] δ' ἐχρῶντο τοῖς ὀρεκτοῖς, ὡς φησιν ὁ ποιητής·

p. 449. Αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι
Θώρηκας [3] ῥῆξαι. —

ἀλλοίων ἴσως ὄντων τῶν παλτῶν, οἵαν εἰκὸς εἶναι τὴν [4] Πηλιάδα μελίην, ἣν, ὡς φησιν ὁ ποιητὴς, οἷος

1) Moscov. Medic. 1. 3. mutato vulgari ordine πρὸς μάχην ὑπῆρξαν.

2) Sic Medic. 1. 2. 3. Paris. (etsi hi omnes turbato accentu δ' ἔχρωντο) Moscov. Venet. quod et expressit Guarinus, et ad rem ipsam nexumque aptius videtur; quare pro vulgato δὲ χρῶντο recepi. Post αἰχμηταὶ prave ed. Xylandri.

3) Sic omnes libri (tantum Medic. 2. ῥῆξειν), ut contra omnes in Homero Il. 8, 544. ῥῆξεν, sine ulla varietatis notatione. Neque tamen nostrum locum ad Homericam lectionem compono, cum Homerus et alibi praesens, vel aoristos illi verbo adjiciat, ipsa impellente natura significationis, aliosque olim codices Strabo secutus esse possit.

4) Medic. 3. Πειλιάδα. Cum Homeri locum Strabo respiciat, alterum praestat, uti post, quod Casauboniani codices soli quidem dederant, ἐκίσατο pro ἐκίσσατο, cum id reperitum sit ex Homeri Il. 16, 142. Pronomen ἣν male abest in Medic. 1. 2. 3. Moscov. Paris. et edd. ante Casaubonum; flagitat enim sensus.

§. 13.

Euboënses autem valebant hastaria pugna, quae consensu pede et comminus peragitur. Hastis enim utebantur porrectis, ut Homerus ait:

Pugnaces, hastis intentis qui cupiebant
Rumpere thoraces —

cum, ut apparet, missiles alterius generis fuerint hastae, qualis Achillea fraxinus Pelias, quam vibrare et con-

εἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς· καὶ ὁ εἰπών· Euboeis.

Δουρὶ δ' ἀκοντίζω, ὅσον οὐκ ἄλλος [5] τις ὀϊστῷ·

τῷ παλτῷ λέγει δόρατι. Καὶ οἱ μονομαχοῦντες τοῖς παλτοῖς χρώμενοι δόρασιν εἰσάγονται πρότερον, εἶτα ἐπὶ τὰ ξίφη βαδίζοντες· ἀγχέμαχοι δέ εἰσιν, οὐχ οἱ ξίφει χρώμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ [6] δόρατι ἐκ χειρὸς, ὡς φησιν·

Οὔτησε ξυστῷ χαλκήρει, λῦσε δὲ γυῖα.

Τοὺς μὲν οὖν Εὐβοίας τούτῳ τῷ τρόπῳ [7] χρω-

5) Additum poſtea fuerat in Medic. a. et deſideratur in edd. ante Caſaubonum. Tum ad ſervandum metrum ὅσσον ſcripſerunt Hopperus et Xylander. Qualis hic prodit, talis legitur verſus in Homeri Odyſſ. β, 229.

6) Medic. a. δουρὶ καὶ δόρατι librario vel dubio, vel arbitrii copiam dante. Tum in eodem ante ξίφη deeſt τὰ, et voces ἐκ χειρός.

7) Male Medic. a. χρώμενος.

conjicere ſolus Achilles poterat: et qui dicit:

Tantum haſta iaculor, quantum haud aequare ſagitta
Quisquam alius valeat:

miſſilem haſtam intelligit. Et qui ſingulari certamine congrediuntur, primum haſtis miſſilibus rem gerere ſcribuntur, deinde ad gladios venire. Comminus autem pugnaces dicuntur, non modo qui gladio utuntur, ſed et qui collato pede, haſtam manu tenentes, pugnant, ut dein dictum eſt:

Aerato feriis cornu, miſſeque ſub umbras.

Hunc ergo pugnandi morem Homerus Euboenſibus tribuit.

Euboea. μένους διϊσάγει· περὶ δὲ Λοκρῶν τἀναντία λέγει, ὡς,

Οὐ γάρ σφιν ταδίης ὑσμίνης ἔργα μέμηλεν·
Ἀλλ' ἄρα τόξοισι καὶ ἐϋτρόχῳ οἷος ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο. —

Παραφέρεται δὲ καὶ χρησμὸς ἐκδοθεὶς Αἰγιεῦσιν·

Ἵππου

8) Particulam γάρ omittunt Moſcov. Pariſ. Venet. Medic. 1. 2. 3. cum Aldo et Hoppero. Tum pro ταδίης Medic. 1. 2. Pariſ. Venet. volunt ἐκταδίης, quod et ſcribendum in margine monuit librarius Moſcov. Conſentiunt in eo Aldus et Hopperus. Vulgatam formam conſtituit Xylander. In Homero Il. 13, 713. ſic legitur: οὐ γάρ σφι (ante Heynium σφιν) ταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ. Tzetzes ad Heſiodi ſcutum Herculis v. 25. p. m. 190. ſic, corrupte etiam aliqua: Οὐ γάρ σφι ταδίῃ ὑγιννήσια φίλον κῆρ; unde adparet diſcrepantia, quam in noſtro concinniori forma factam laudat Heyne ad Homer. c. l. Equidem vulgatam non adtrecto, cum in priori parte Homerus adſit, et ταδία ὑσμίνη vel μάχη ſaepius dicatur, hic etiam apte ad nexum; in poſteriore codices aliam lectionem recuſent. Solus Medic. 3. contra metrum etiam habet μίμεκεν. Suſtuli tantum vitium in ὑσμίνης, quod obſidebat omnes editiones. Proxima vocibus aut diſtractis, aut omiſſis Medic. 3. ſic exhibet: τόξοις εἷς ἐς Ἴλιον ἅμ' ἕσποντο. Pro εἰς etiam Moſcov. Medic. 1. 2. cum Aldo, Hoppero, Xylandro ἐς, metro reluctante.

9) In edd. ante Caſaubonum particula καὶ non adparet, quae cum Mss. adſenſu melius hic interponitur. Tum pro ἐκδοθεὶς Mss. Caſaubb. Moſcov. Pariſ. Vatic. Urbin. Medic. 1. δοθεὶς, et pro Αἰγιεῦσιν Medic. 3. Αἰγιεῦσιν, Caſaubb. et Moſcov. hic quidem ex correctione recentioris manus Eu-

buit. De Locris autem contraria ſcribit:

Nam non commixus hi pugnam fixo pede inibant:
Arcubus et fundae fortes, ſed tortili habena
Ad Trojam fuerant et proelia dura profecti.

Circumfertur etiam datum Aegienſibus oraculum:

Theſ-

Ἵππον [10] Θεσσαλικὸν, Λακεδαιμονίαν δὲ γυναῖκα, Euboea.
Ἄνδρας θ', οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθούσης.

τοὺς Χαλκιδέας λέγων ὡς ἀρίστους· ἐκεῖ γὰρ ἡ Ἀρέθουσα.

C 4 §. 14.

Εὐβοεῦσιν. Sed, quod jam Casaubonus monuit, vulgatam aliorum codicum lectionem confirmat extrema pars oraculi, quae sic habet: Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, Οὐδὲ δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Cf. Suidas s. v. Ὑμεῖς, Stephanus s. v. Αἴγιον, Eustathius ad Homer. Il. 2, 574. p. m. 221. Apostolius proverb. 1, 80. ubi vid. quos laudat Pantinus p. 289. Qui variant, Megarenses substituunt, veluti Suidas c. l. Schol. Theocriti ad 14, 48. et, qui huc respexit, Callimachus epigr. 26. f. Sed vid. Erasmus adagior. 2, 1, 79. et qui memorantur ad oracula vetera p. 17. ad calcem oraculorum Sibyllinorum ex ed. Gallaei. Αἰγιέες, etsi ipsa oraculi verba paullum dat mutata, ex Mnasea Optato etiam refert Tzetzes Chil. 9. v. 890.

10) Medic. 2. corr. Θεσσαλικὴν, quod et agnoscunt Athenaeus 7, 5. p. 278. Suidas c. l. oracula vetera c. l. In vulgato tamen genere cum reliquis Mss. consentit etiam Eustathius ad Dionys. v. 473. et Schol. Homeri ad Il. 2, 768. Si codices addicerent, propter Homeri etiam locum praetulerim Θεσσαλικὴν, cum praeterea Iones et Attici, notante Eustathio ad Homer. Il. 1, 154. p. m. 53. femininum in his ament. Sed et Nisaei et Parthici equi masculino genere laudantur a Strabone lib. 11. p. 525. In proximo versu pro ἄνδρας Medic. 1. 2. 3. ferunt ἄνδρες. Illud nexus postulat et alii confirmant.

Thessalicus praecellit equus, mulierque Lacaena,
Virque bibens sacrae liquidos latices Arethusae;

quo Chalcidenses optimi praedicantur, quorum est Arethusa.

§. 14.

Euboea.

§. 14.

Εἰσὶ δὲ νῦν [1] Εὐβοῖται ποταμοὶ [2] Κηρεὺς, καὶ [3] Νηλεύς· ὧν, ἀφ' οὗ [4] τὰ μὲν πίνοντα πρόβα-

1) Moscov. Εὐβοῖται pro ι. Utrum recte habeat, dubium faciunt diversae rationes, quas viri docti sequuntur, sic ut iidem etiam secum pugnent. Ita Χερρονησιται, Νιγριται, Ἀραβιται, Ἀρβιται, Αὐχιται, Σαμνῖται, Ὠκεανιται. Placuit tamen sequi codicis illius auctoritatem, quae et in his probatur; tum quod similia, ut πολῖται, sic signantur.

2) Paris. Moscov. edd. Aldi, Hopperi Κηρεὺς, quod et Guarinus reddidit. (*Cereus.*) Xylander invexit Κιρεὺς, non sine aliorum Msstorum suffragiis, ipse tamen motus Eustathii fide ad Homeri Il. 2, 536. p. m. 211. Obstant autem huic scripturae Latina, in quibus *e* cernitur, etsi mutata terminatione *Ceron* prodit. Sic Plinius 31, 9. s. 2. adsentiente Antigono in hist. mirabil. cap. 84. pro quo vitiose Κέρβης in libris Aristotelis de mirab. auscult. cap. 184. exstat. Cf. etiam Politus ad Eustathium in Homer. Tom. 2. p. 579. et hic deinceps notata.

3) Moscov. Νηλεὺς, ut Eustathius c. l. ex nostro etiam refert, et ex hoc se reposuisse in Strabone scribit Xylander, quamquam vere in Graecis non reposuit. Adjuvant vero eam scripturam etiam Aristoteles et Antigonus cc. ll. ex quibus ita pro *Melan* Harduinus in Plinio c. l. reposuit, ubi certe literam *e* praeferunt codices. Νυλεὺς probat etiam Salvinus ad Eustathium in Homer. T. 2. p. 580. (in ed. Politi.) Contra ambiguam scripturam censet Palmerius in exercitt. in auctorr. Gr. p. 326. et veram confusionis originem ex Iotacismo ducit. Equidem ut aliorum exempla sequeret, momentum adtulit Cod. Moscov. gravitas et exemplum Guarini.

4) Moscov. concinniori obpositione μὲν τά. Tum Medic. 2. corr. γίνονται pro γίνεται non sine exemplis, quae tamen nihil huc sine plurium librorum certiori impulsu valent. Tum Κρᾶθιν dedi, cum antea legeretur Κράθιν, de quo cf. ad lib. 8. p. 386. p. m. 304. n. 29. Et sic hic scribit Eustathius c. l.

§. 14.

Euboeae porro flumina sunt Cereus et Neleus, e quorum altero bibentes oves albae fiunt, ex altero nigrae, quale aliquid etiam apud Cra-

βατα λευκὰ γίνεται, ἀφ' οὗ δὲ μέλανα· καὶ περὶ Euboea.
τὸν Κραθὶν δὲ εἰρῆται τοιοῦτόν τι συμβαῖνον.

§. 15.

Τῶν δ' ἐκ Τροίας ἐπανιόντων Εὐβοέων τινὲς, εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσόντες Ἄβαντες, οἴκαδε διὰ

5) Caſaubonn. Moſcov. Pariſ. Medic. 3. Vatic. Urbin. συμβαῖναν pro συμβαίνειν, quod cum paucis reliquis deterioris praeterea notae codicibus tenent editiones omnes. Illud non temere effuſum, nec adſpernandum videtur.

1) Edd. Pariſ. et Amſtelod. Τροίας, ut lib. 8. p. 387. f. ſine cauſa. Τροίας diſerte contra ex Moſcov. adſcriptum habui.

2) Ἀναβάντες puto, quamquam apud Steph. Εὐβοίᾳ etiam Abantum in hac re fiat mentio. *Xylander.* Ἄβαντες, etſi libri uno omnes conſenſu ſuſtinent, vox utique eſt moleſta, tum quod Εὐβοεῖς praecedunt, et Homerus in bello Trojano ſolos Abantes novit, tum quod οἴκαδε a ſuo verbo longius diſtrahitur. Neque tamen ἀναβάντες in hoc connexu, et quod ἐκπιόντων ſufficit, vicem ſatis explet. Ex iis, quae huc valent, Stephanus ſ. v. Εὔβοια ſcribit: Ἔστι (Εὔβοια) καὶ πόλις ἐν Μακεδονίᾳ, εἰς ἣν οἱ ἀπὸ τῆς νήσου εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπίοντες, Ἄβαντες ἐκλήθησαν; ubi tamen omnes libri habent Ἄμαντες, quod ſ. v. Ἀμαντὶς ex Antigoni et Callimachi loco (quem poſteriorem fragmenta conlecta adhuc deſiderant) probabile videtur. Mutata autem litera β in μ, Abantes, qui inde exſiſtunt, Amantiam in Macedonia (in cujus parte Oreſtide duas adeo hoc nomine commemoravit Ptolemaeus 3, 13.) condiderant, vel ſecundum Callimachum (in quo ᾤκισαν leg. pro ἄκησαν) Amantinen Oriciam. Apollonius Rhodius tamen 4, 1214. ibi Abantes etiam conlocat. Cf. Holſten. ad Stephan. p. 29. Propius hanc narrationem inluſtrant Tzetzes ad Lycophron. v. 1443. et auctor Etymol. M. ſ. v. Ἄμαντες, quippe qui narrant, Troja expugnata,

Crathin evenire monuimus.

§. 15.

Caeterum Euboenſium e Troja redeuntium quidam, cum in Illyricum excidiſſent, indeque per Macedoniam domum contenderent, apud Edeſ-

Euboea. τῆς Μακεδονίας περὶ Ἔδεσσαν ἔμειναν, συμπολεμήσαντες τοῖς ὑποδεξαμένοις, καὶ ἔκτισαν πόλιν Εὔβοιαν· ἦν δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ Εὔβοια, Χαλκιδέων τῶν ἐκεῖ κτίσμα, ἣν Γέλων ἐξανέστησε, καὶ ἐγένετο Φρούριον Συρακουσίων· καὶ ἐν [3] Κερκύρᾳ δὲ καὶ ἐν Λήμνῳ τόπος ἦν Εὔβοια· καὶ ἐν τῇ Ἀργείᾳ [4] λόφος τις.

§. 16.

gnata, Elphenore duce, (quem Abantum facit Homerus Il. 2, 540.) in Epirum transiisse, et circa Ceraunios montes Amantiam (Abantiam etiam in aliis libris) condidisse, mutato β in μ. Pro finium autem diversitate vel inconstantia alii Epiro, alii Illyrico, Macedoniae alii dederunt. Cf. etiam Politus ad Eustathium in Homerum T. 2. p. 578. Si sanus est hic locus, verba εἰς Ἰλλυριοὺς — Ἄβαντες per appositionem adjecta sunt, et εἶκαδε ad ἐκπεσόντων debet revocari, cui deinceps in interpretatione subjunxit Guarinus; quae etsi satis diversa fluunt, sine Mstis tamen aliter constituere, vel mutare non sum ausus.

3) Casaubb. Κορκύρᾳ; Moscov. Paris. Venet. Κερκύρᾳ; Medic. 2. Κολκύρᾳ, ex corr. Κορκύρᾳ; alii cum edd. Κερκύρᾳ. Eadem variatio notatur in Diodoro 4, 72. ubi cf. Wesseling. et notata ad lib. 7. p. 315. s. 421. not. 13.

4) Eustathius ad Homer. Il. 2, 536. p. m. 211. et Stephanus s. v. Εὔβοια videntur legisse τόπος, aut ex Strabone nostro emendandus est Stephanus, ut judicat etiam Berkelius ad Stephan. p. 359. et ex Stephano Eustathius, qui illum describere solet, Χωρίον tamen etiam vocat auctor Etymol. M. s. v. Εὐβοϊκὸν νόμισμα. Codices λόφος mordicus tenent, et sic ὄρος vocat Pausanias 2, 17, 2. ex quo lectio vulgata magis corroboratur.

Edessam subsederunt, navataque hospitibus in bello opera, urbem Euboeam condiderunt. Fuit etiam in Sicilia Euboea, a Chalcidensibus ibi degentibus condita; quae a Gelone, civibus ejectis, facta est castellum Syracusarum. Sed et in Corcyra, et in Lemno locus fuit Euboea, et collis quidam in Argiva ditione.

§. 16.

§. 16. Euboea.

Ἐπεὶ δὲ τοῖς Θετταλικοῖς καὶ [1] Οἰταίοις τὰ πρὸς ἑσπέραν Αἰτωλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνές εἰσι, καὶ Ἀθαμᾶνες, εἰ χρὴ καὶ τούτους Ἕλληνας εἰπεῖν, [2] λοιπὸν ἐξηγήσασθαι περὶ τούτων, ἵν' ἔχωμεν τὴν περίοδον ἅπασαν τὴν τῆς Ἑλλάδος· προσθεῖναι δὲ καὶ τὰς νήσους τὰς προσχώρους μάλιστα τῇ Ἑλλάδι καὶ οἰκουμένας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὅσας μὴ περιωδεύκαμεν.

ΚΕΦ.

1) Casaubb. Ἰταλοῖς; Vatican. Urbin. Medic. 1. 2. 3. Moscov. Paris. Οἰταλοῖς, quod in versione exhibet etiam Guarinus et conjecerat Casaubonus. Editiones omnes Ἰτιαίοις, tantum quod in Ald. Hopper. spiritus lenis est appositus. Debetur igitur haec lectio Aldinae editionis vitio, quod revocatum Οἰταίοις optime tollit. Histiaei enim, vel Hestiaei, Thessalis comprehenduntur, et a conterminis populis fines hic constitui debent. Ita vero Phthiotida Oetaeo monte terminat Noster lib. 9. p. 430. p. m. 578. et, quod proxime huc valet, ad Oetaeos permittit.

2) Medic. 3. addit ἐστὶν; post Medic. 1. corr. προσθεῖναί τε; deinde Medic. 3. περιωδεύσαμεν.

§. 16.

Jam cum post Thessalos et Histiaeos versus occasum sint Aetoli, Acarnanes, ac Athamanes: siquidem hos etiam Graecos dici oporteat, restat, ut de iis loquamur, itaque totam Graeciae circuitionem absolvamus: addenda quoque insularum maxime Graeciae vicinarum, et a Graecis habitatarum descriptio, earum, quas nondum descripsimus.

CAP.

Aetolia et Acarn.

ΚΕΦ. Β.

§. 1.

[1]Αἰτωλοὶ μὲν τοίνυν καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμορροῦσιν ἀλλήλοις, μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῶον ποταμὸν, ῥέοντα ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς Πίνδου πρὸς
p. 450. νότον, διά τε [2]Ἀγραίων Αἰτωλικῆ ἔθνους καὶ Ἀμφιλόχων. Ἀκαρνᾶνες [3]μὲν τὸ πρὸς ἑσπέραν μέρος ἔχοντες τῆ ποταμοῦ μέχρι τῆ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, τῆ κατὰ Ἀμφιλόχους, [4]καὶ τὸ ἱερὸν τῆ Ἀκτίου

1) Paris. praemittit καί; Αἰτωλοὶ ex ed. Paris. fluxit in Amstelod. Pro μὲν τοίνυν Medic. 2. μὲν ὦν.

2) Mutato accentu pro Ἀγραίων Moscov. Ἀγραιῶν, forte pro Ἀγραιῶν, uti legitur in Polybio 17, 5, 8. ad quem [cf. Schweighaeuserus. Et sic scribitur in Thucydide 2, 102. quem locum Noster ante oculos habuisse videtur. Ἀγραίων tamen tuentur omnes libri cum Gemisto Plethone A. qui hinc ex Strabone multa describere pergit, usitatiori etiam forma, qua in hoc tractu, prodeunt in Thucydide 3, 106. et alibi, Stephano h. v. Livio 32, 34, 4. et aliis. Cf. Palmerius in Gr. ant. 4, 2. p. 431. sq.

3) Venet. Moscov. Paris. Vatic. Urbin. Medic. 3. μέντοι; Medic. 1. μὲν τό; Medic. 2. edd. Aldi, Hopperi et Xylandri μὲν exacto τό, quod restituit Casaubonus, et ego propter obpositi modum (τὸ δὲ) servavi.

4) Verba haec ad Ἀπόλλωνος primus uncis inclusit Casaubonus, et ignorat Venetus; at suscipiunt cum Guarino reliqui. Fecit tam numerosus consensus, ut uncos removerem,

CAP. II.

§. 1.

Aetolos et Acarnanes invicem conterminos medius fluvius Achelous distinguit, a septentrionibus et Pindo versus Austrum fluens per Agraeos, Aetolicam gentem, et Amphilochos. Acarnanes versus occasum accolunt, usque ad sinum Ambracicum, juxta Amphilochos et fanum Apollinis Actii.

Actii. Ἀκτίου Ἀπόλλωνος. Αἰτωλοὶ δὲ τὸ πρὸς ἕω μέχρι τῶν [5] Ὀζολῶν Λοκρῶν, καὶ τῆ Παρνασσοῦ, καὶ τῶν Οἰταίων. Ὑπέρκεινται δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ καὶ τοῖς πρὸς βορρᾶν μέρεσι, τῶν μὲν Ἀκαρνάνων, Ἀμφίλοχοι· τούτων δὲ Δόλοπες καὶ ἡ Πίνδος· τῶν δ' Αἰτωλῶν Περραιβοί τε καὶ Ἀθαμᾶνες, καὶ [6] Αἰνιάνων τὸ μέρος τῶν τὴν Οἴτην ἐχόντων· τὸ δὲ νότιον πλευρὸν, τό, τε Ἀκαρνανικὸν ὁμοίως, καὶ τὸ Αἰτωλικὸν κλύζεται τῇ ποιούσῃ θαλάσσῃ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, [7] εἰς ὃν καὶ ὁ Ἀχελῶος ποταμὸς ἐξίησιν, ὁρίζων

Aetol. et Acarn.

verem, in primis cum in Acarnanum finibus templum hoc ſtatuat etiam lib. 7. p. 325. in. p. m. 458. ad os ſcilicet ſinus Ambracii, ubi illud etiam novit Thucydides 1, 29.

5) Sic dedi pro Ὀζόλων, quod et praeit Moſcov. Idem exhibet Παρνασσοῦ, de quo cf. ad lib. 8. p. 333. p. m. 7. n. 5. Pro Οἰταίων libri Caſaubb. prave Οἰτέων. Tum Medic. 3. προσβορείοις.

6) Medic. 1. Pariſ. ἰνιάνων; Medic. 2. 3. αἰνιάνων, quod pro Αἰνιανῶν, quod cum edd. per ει efferunt ex more alii codices, excepi; cujus cauſae expoſitae ſunt ad lib. 9. p. 427. p. m. 560. n. 1. Pro Θαλάσσῃ Moſcov. ut alibi, Θαλάττῃ. Ambigua forma itaque verſata, ut, utram vere Strabo ediderit, ſtatui non poſſit.

7) Sic Medic. 1. 2. 3. Venet. Moſcov. Pariſ. cum edd. Aldi et Hopperi, nec aliter reddidit Guarinus; Xylander ex vitio εἰς ἣ; Caſaubb. 1. 2. Amſtelod. εἰς ὃ, quod forte fuit in reliquis codicibus, quamvis typothetae errori in ed. Caſaub. 1. tribuo. Diſerte enim paullo poſt et ſupra lib. 8. p. 335. p. m. 22. alteram lectionem Noſter probat, et

Actii. Aetoli autem verſus ortum, usque ad Ozolas Locros, Parnaſſumque et Oetaeos. Supra Acarnanes verſus ſeptentrionem in mediterraneis ſiti ſunt Amphilochi: ſupraque hos Dolopes et Pindus: ſupra Aetolos vero Perrhaebi, Athamanes, et pars Aenianum, qui Oetam tenent. Latus auſtrinum tam Aetoliae, quam Acarnaniae alluitur eo mari, quod ſinum conficit Corinthiacum, in quod etiam effluit Achelous, oram mari-

timam

Aetol. et Acarn. ὁρίζων τὴν τῶν Αἰτωλῶν παραλίαν καὶ τὴν Ἀκαρνανικήν· ἐπαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῶος πρότερον. Ἔστι δὲ καὶ ὁ παρὰ Δύμην ὁμώνυμος τούτῳ, καθάπερ εἴρηται, καὶ ὁ περὶ Λάμιαν. Εἴρηται [8] δὲ, καὶ ὅτι ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου τὸ στόμα τοῦδε τοῦ ποταμοῦ φασι.

§. 2.

Πόλεις δ' εἰσὶν, ἐν μὲν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν Ἀνακτόριόν τε ἐπὶ [1] χερρονήσου ἱδρυμένον Ἀκτίῳ πλησίον, ἐμπορεῖον τῆς νῦν ἐκτισμένης ἀφ' ἡμῶν Νικοπόλεως, καὶ Στράτος, ἀναπλοῦν ἔχουσα τῷ Ἀχελῴῳ πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων· καὶ ἡ [2] Αἰνία

et ejus teſtimonium de hoc producit Euſtathius ad Dionyſ. v. 434. qui in Siculum mare eum evolvi ſcripſerat; latius id quidem pro Ionio, ut ejus ſatelles Priſcianus v. 448.

8) Moſcov. εἴρηται δ' ὅτι ἀρχήν; Medic. 2. corr. εἴρηται δὲ ὅτι καὶ ἀρχήν.

1) Medic. 3. χερονήσου. Pro ἐμπορεῖον Moſcov. Pariſ. Medic. 3. ἐμπόριον; alii ἐμπορεῖον, quod et hic retinui. Cf. ad lib. 8. p. 378. in. p. m. 259. n. 1. Poſt pro ἀφ' ἡμῶν, quod bene valet, Venet. Medic. 2. corr. 3. ἀφ' ἡμῶν.

2) Moſcov. Pariſ. οἰνάτα; reliqui cum edd. Αἰνία, et ſic Guarinus *Enea*. At, invitis licet libris, legendum eſt Αἶνία, quae fuit urbs Perrhaeborum, unde Αἰνιᾶνες dicti; altera Αἰνία Thraciae, vel Macedoniae tribuitur, de quibus plura dicta

timam Aetolicam ab Acarnanica diſtinguens. Achelous quondam Thoas fuit appellatus. Ejusdem nominis fluvius eſt apud Dymam, ut diximus, et apud Lamiam. Dictum eſt id quoque, oſtia hujus fluvii pro initio ſinus Corinthiaci eſſe, qui ſumant.

§. 2.

Vrbes ſunt Acarnaniae Anactorium in peninſula ſitum non procul Actio, emporium ejus, quae noſtro tempore eſt condita Nicopolis: et Stratus, ad quam adverſo Acheloo per ce et amplius ſtadia eſt ſubvectio. tum

Αἰτωλία δὲ καὶ αὕτη ἐπὶ τῷ παραμῷ· ἡ μὲν πρὸς θαλάττῃ καὶ κατοικουμένη, ἴσον ἀπέχουσα τῆς τε Θαλάττης καὶ [3] τῆς Στράτου ἡ δὲ νῦν, ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους ὑπὲρ τῆς ἐκβολῆς διέχουσα· καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶ, Παλαιρός τε καὶ [4] Ἀλυζία, καὶ Λευκὰς, Aetol. et Acarn.

dicta ſunt ad lib. 9. p. 427. p. m. 560. n. 1. Ita vero, quod poſt cognovi, voluit etiam Politus ad Euſtathium in Homer. T. 2. p. 728. Contra peccatur in epitome lib. 7. p. 107. Hudſ.

3) Caſaubb. hic et poſt, Medic. 3. Urbin. τῆς Στράτου, uti etiam emendant Kuhn. ad Pauſan. 6, 2. p. 454. et Politus ad Euſtathium c. l. Editiones cum reliquis Mſstis τῦ Στράτου. Utroque genere uſurpari, notat Stephanus. Pro feminino ſtant Schol. Thucyd. ad 2, 80. extr. quo etiam legitur apud Pauſan. 6, 2, 1. Altero genere dixit Polyb. 5, 14. in. uti paullo poſt volunt libri. Femininum lib. 8. p. 387. p. m. 313. ex praecedenti voce πόλις intelligi poteſt; at durius hic in ſuperioribus, cum et Ἀνακτόριον ſubnexum habeat ἰδρυμένον. Ne igitur in eadem narrationis ſerie a ſe ipſe Strabo deſciſceret, uti poſt, praetuli femininum. Accentum ſervavi, quem in ultimam projiciunt plurimi, et ego inveneram lib. 8. c. 1. ubi tamen in not. 34. inverſa forma exierat nomen, ſic ut leg. ſit primum Στράτος, deinde Στρατὸς, quod docet Euſtathii ille locus. Ita quidem a στρατὸς diſcernitur, probaruntque Dukerus in Thucydide, Schweighaeuſer. in Polybio. Proxime antea τῆς θαλάττης abjecto τε legitur in Medic. 2. et in edd. ante Caſaubonum.

4) Caſaubb. Ἀλόπας; Moſcov. Pariſ. Medic. 3. Vatic. Urbin. Ἀλυζίας; reliqui, quibus adjungitur Gemiſtus Pletho B. cum edd. Ἀλυζία, uti et infra recurrit p. 459. et prodit in Thucydide 7, 31. pro quo Stephanus ſcribit Ἀλύζεια et inverſis literis Ptolemaeus 3, 14. Ἀζύλεια. Sed plures et majores corruptiones expertum eſſe hoc nomen, docebunt Palmerius in exercitt. ad Gr. auct. p. 140. et Dukerus ad Thucyd. c. l.

tum Aenia, ipſa quoque fluvio imminens; vetus Aenia non habitatur, eodem ſpatio a Strato et mari diſtans: nova ab oſtiis Achelöi circiter LXX ſtadiis abeſt. Sunt et aliae urbes, Palaerus, Alyzia, Leucas, Argos

Aetol. et Acarn. Λευκὰς, καὶ [1]Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ [2] Ἀμβρακία, ὧν αἱ πλεῖσται περιοικίδες γεγόνασιν, ἢ καὶ πᾶσαι τῆς Νικοπόλεως· κεῖται δ' [6] ἡ Στράτος κατὰ μέσην [7] τὴν ἐξ Ἀλυζίας οὖσαν εἰς [8] Ἀνακτόριον.

§. 3.

5) Caſaubb. Vatic. Urbin. Medic. 3. Ἀμφανία, Medic. 2. Ἀμφανία; reliqui, ut edd. Ἀμβρακία, quod et Nicopolis vicinia tuetur. Priores formae ignotae hic, et ideo corruptae.

6) Ita Caſaubb. ut ſupra, Medic. 3. corr. praeferunt; in reliquis ἡ praemittitur. Equidem propter cauſam antea expoſitam praetuli ἡ.

7) Moſcov. Medic. 1. 2. 3. τὴν ἐξ, quod recepi. Vulgo edd. cum aliis Mſtis τῆς ἐξ, ubi tacite repetendum ſit ὁδοῦ. Prior ratio videtur facilior, cum et alibi ſic articulum poſtponat adjectivis, v. c. lib. 9. p. 426. p. m. 552. ταδίους τοὺς ἑπτὰ et ἀβρόχους τοὺς ποσὶν; lib. 12. p. 537. γυμνοῖς τοὺς ποσὶν — Sic μέση ἡ ὁδὸς lib. 12. p. 539. m. et alibi ὅλας et ſimilia. At verba haec univerſa κεῖται — Ἀνακτόριον ad gloſſas imperitiſſimi librarii rejicit Penzelius in notis ad verſionem German. T. 2. p. 1391. impulſus forte monitis Palmerii in Gr. ant. 3, 5. p. 388. qui locum hunc difficillimum et ſuperiori narrationi repugnantem cenſet. Nempe Stratus ducenta ſtadia et amplius a mari diſtabat, (v. ſupra) Alyzia 15 tantum, (v. infra p. 459.) Anactorium ſitum erat in ore Ambracii ſinus, (v. infra p. 451. f.) vel omnino, relicta Strato, via per Alyziam ducebat ad Anactorium, ut in media via Stratus eſſe non potuerit, nec utique eſſet. Palmerius tamen ſic mederi illi difficultati conatur, ut explicet non *in medio viae*, ſed *ſecundum medium viae*, i. e. ut Stratus urbs obpoſita eſſet medio viae et ei mediae vicinior, quam aliis partibus ejus viae, adeo ut, cum quis in medio viae eſſet, Stratum haberet viciniorem, quam in alio ejus viae loco; vel ea via, facto circuitu forte propter aliquas ſoli difficultates, non longe a Strato procederet; quae quidem alteius videntur repetita et contorta. Forte per errorem Noſter Stratum pro Alyzia praepoſtero ordine poſuit, quia tum demum recte haec procedunt. Equidem verba, quae omnes libri ſervata cupiunt, reliqui.

8) Per ω hic refert Moſcov. cum Aldo et Hoppero. Supra recte per ο cum aliis etiam auctoribus.

gos Amphilochicum, Ambracia: quae pleraeque, aut potius omnes, municipia Nicopoleos factae ſunt. Stratus jacet media via ab Alyzia ad Anactorium.

§. 3.

§. 3.

Aetol. et Acarn.

Αἰτωλῶν δ' εἰσὶ Καλυδών τε καὶ Πλευρών, νῦν μὲν τεταπεινωμέναι· τὸ δὲ παλαιὸν πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος ἦν ταῦτα τὰ κτίσματα. Καὶ δὴ καὶ [1] διηρῆσθαι συνέβαινε δίχα τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τὴν μὲν, ἀρχαίαν λέγεσθαι, τὴν δ' [2] ἐπίκτητον· ἀρχαίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀχελῴου [3] μέχρι Καλυδῶνος παραλίαν, ἐπὶ πολὺ καὶ τῆς μεσογαίας ἀνήκουσαν, εὐκάρπου τε καὶ πεδιάδος· ἣ ἐστὶ καὶ Στράτος, καὶ τὸ [4] Τραχίνιον, ἀρίστην ἔχον γῆν· ἐπί-

1) Medic. 1. διηρεῖσθαι ex pronuntiationis ambiguitate. Ceterum hinc excerpta Gem. Plethonis B. interrupta.

2) Pariſ. vitioſe ἀκίνητον.

3) Gem. Pletho uterque ἀπὸ τοῦ Ἀχελῴου τε καὶ περὶ Πλευρῶνα arbitrario delectu ex ſuperiori notatione. Ipſi Strabonis codices in vulgata lectione conſentiunt. Poſt in Pariſ. ante καὶ deeſt τέ.

4) In hoc Strabonis loco mihi valde ſuſpecta vox eſt Τραχίνιον et eo, quod nullus alius eam urbem in Aetolia nominavit, tum quod id nomen non convenit oppido campeſtri et optimum habenti ſolum, ſed potius loco aſpero et montano; itaque ſi quid in eo video, omnino credo legendum Τριχώνιον. Urbs enim fuit ejus nominis in ea parte Aetoliae, cujus meminerunt Polybius lib. 5. [c. 7, 7.] Pauſanias in Corinthiacis [2, 37, 3. ubi quidem vulgo legitur Τριτωνὶς de Aetolia] et Stephanus [h. v.] de Urbibus. *Palmerius in Graeciae ant.* 4, 2. p. 430. Acute vidit et emendavit Palmerius, ideo laudatus ab Cellario in Geogr. ant.

§. 3.

Aetoliae ſunt Calydon et Pleuron, quae quondam totius Graeciae eximium ornamentum, hodie humili ſunt conditione. Uſu venit etiam, ut in duas partes tribueretur Aetolia, quarum una antiqua, altera epicteſtus, id eſt adquiſita, diceretur: antiqua cenſetur ora maritima ab Acheloo Calydonem usque, qui longe etiam in mediterranea porrigitur plana et fertilia: ubi Stratus eſt et Trachinium, opti-

Aetol. et Acarn. ἐπίκτητον δὲ, τὴν τοῖς Λοκροῖς συνάπτουσαν, ὡς ἐπὶ Ναύπακτόν τε καὶ [5] Εὐπάλιον, τραχυτέραν τε ὖσαν, καὶ [6] λυπροτέραν μέχρι τῆς Οἰταίας, καὶ [7] τῆς Ἀθαμάνων καὶ τῶν ἑῴας ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἤδη περιῳκημένων ὀρῶν, τε καὶ ἐθνῶν.

§. 4.

ant. b, 13, 819. Neque tamen ſine aliquo librorum nutu recipere ſum auſus. Penzelii verſio verba ἢ ἐπὶ — γῆν ignorat. Hinc vero Gemiſtus Pletho de nominis cauſa aliqua inſerit a Strabone aliena. Antea ἢ omiſit ed. Xylandri.

5) Nihil invitis libris hic mutandum, etſi in Thucydide 3, 96. et 102. edatur Εὐπόλιον. Nam non ibi ſolum boni codices exhibent Εὐπάλιον, ſed et Stephanus ita ab Artemidoro urbem vocatam eſſe adfirmat, ipſe quidem amplexus diverſa terminatione Εὐπαλία, uti et legitur in Plinio 4, 4. ſ. 3. *Eupalium* tuetur etiam Livius 28, 8, 8. Nempe multa urbium nomina per diverſas terminationes agitantur.

6) Sic omnes codices; tantum Moſcov. λειοτέραν, ſed et idem in margine adſcriptum fert γρ. λυπροτέραν, quod hoc ſenſu ſaepe apud noſtrum occurrit, conjunctum etiam paſſim cum τραχὺς, ut infra p. 458. in. Sic Diodor. 4, 20. 5, 39. Sed et altera vox in eodem nexu poſita reperitur, ut ſupra lib. 8. p. 333. med. p. m. 8. Audiendi igitur ſunt plerique codices, ad quos tamen etiam reverſus eſt Moſcov.

